

0300-0400 - Ritus Patriarchinus - Te Matrem

Te Matrem Dei
Te Matrem Dei laudamus
Te Mariam virginem confitemur.
Te æterni Patris sponsam: omnis terra veneratur.
Tibi omnes angeli et archangeli:
Tibi omnes principatus humiliter serviunt.
Tibi omnes potestates et supernæ virtutes:
Tibi cælorum dominations obedient.
Tibi omnes throni cherubin et seraphim: exsultantes assistant.
Tibi cuncta angelica creatura: delectabili voce proclamant:
Sancta, Sancta, Sancta, Maria Mater Dei et virgo.
Pleni sunt cæli et terra: majestatis gloriæ fructus ventris tui.
Te gloriosus apostolorum chorus: creaturis matrem collaudat.
Te laudabilis numerus prophetarum: virginem Deum parituram prædixerat.
Te Martyrum cetus beatorum: Christi genitricem glorificat.
Te gloriosus exercitus confessorum: totius Trinitatis templum appellat.
Te amabilis chorea Virginum sanctarum: tuæ virginitatis et humilitatis exemplum prædicat.
Te tota cælestis curia: cælorum reginam honorat.
Te per universum mundum: sancta ecclesia invocando celebrat.
Matrem divinæ majestatis.
Venerandam te veram Regis cælestis puerperam.
Te sanctam quoque dulcem et piam.
Tu angelorum domina: tu paradisiæ janua.
Tu scala regni cælestis: tu Regis gloriæ thalamus.
Tu arca pietatis et gratiæ: tu vera es misericordiæ.
Tu refugium peccatoris: tu es Mater Salvatoris.
Tu ad liberandum exulem hominem: Dei Filium suscepisti in utero.
Per te expugnato hoste antique: sunt aperta fidelibus regna cælorum.
Tu cum Filio tuo: sedes in Gloria Patris.
Tu Jesum pro nobis roga, O Domina: quia nos ad iudicandum est venturus.
Te ergo poscimus servulis tuis subveni: qui pretioso sanguine Filii tui redempti sumus.
Aeterna fac pia Virgo Maria cum servis tuis: Gloria præmiari.
Salva nos populorum servorum tuorum domina: ut simus participes hereditatis tuæ.
Et rege nos et extolle: usque in æternum.
Per singulos dies: O Domina Maria salutamus.
Et laudare te cupimus in æternum: devota mente et voce.
Dignare dulcis Maria nunc et semper: sine delicto nos conservare.
Miserere nostri pia: miserere nostri.
Fiat misericordia tua magna nobiscum: quia in te, Maria, confidimus.
In te dulce Maria speramus: ut nos defendas in æternum. Amen.

*As the Catholic world thanks our Heavenly Father for sending the Blessed and Immaculate ever-Virgin Mother of our Lord and God Jesus Christ to appear to St. Bernadette Soubirous at Massabielle near Lourdes 150 years ago today, I thought it appropriate to post the 'Te Matrem' of the Ritus Patriarchinus. This "rite" is now particular to the basilica of St. Mark's in the patriarchate of Venice. However, it probably owes its origins to the now defunct **Rite of Aquileia** which passed to the church in Grado and subsequently to Venice.*

Clearly, the 'Te Matrem' imitates the 'Te Deum' to honor the woman God chose to exalt above all women and whom the only Begotten Son made mother of us all.

This file has been downloaded from: <http://auferanobis.blogspot.com/2008/02/te-matrem.html>